

4879-1
CORPUS
JURIS CIVILIS
ACADEMICUM,

IN SUAS PARTES DISTRIBUTUM,
USUIQUE MODERNO ITA ACCOMMODATUM,
UT NUNC STUDIOSORUM QUIVIS, ETIAM TYRO,
UNO QUASI INTUITU, OMNES LEGES
DIGESTORUM & CODICIS,
OMNESQUE TITULOS
INSTITUTIONUM
INVENIRE POSSIT.

AUCTORE

CHRISTOPH. HENR. Freiesleben

alias FERROMONTANO,

J. U. D. CONSIL. CAMER. ET MIN. SAXO-GOTH. ET ALTENB.

EDITIO NOVA,

cui nunc primum

LOCI PARALLELI

ET SESE INVICEM ILLUSTRANTES ACCURSERUNT.

TOMUS II

Cum Privilegio Sacrae Censurae Apostolicae.

COLONIAE MUNITIANÆ,

Sumptibus EMANUELIS THURNISH,
M DCC XLVIII.

D. JUSTINIANI
SACRATISSIMI
PRINCIPIS, PP. A.
C O D I C I S
REPETITÆ PRÆLECTIONIS
LIBRI XII.



D. JUSTINIANI,
SACRATISSIMI PRINCIPIS,
INSTITUTIONES,
SIVE
ELEMENTA JURIS.
LIBRI QUATUOR.

PROOEMIUM.
De Confirmatione Institutionum.

[IN NOMINE DOMINI NOSTRI
JESU CHRISTI.]

Imperator Caesar, Flavius, JUSTINIANUS, Alemannicus, Gothicus, Francicus, Cornuticus, Anticus, Alanicus, Vandalicus, Africanus, pius, felix, inclytus, victor, ac triumphator, semper Augustus, cupido legum juventuti [S. D.]



IMPERATORIAM majestatem non solum armis decoratam 1, sed etiam legibus oportet esse armatam 2: ut utrumque tempus, & bellorum, & pacis, recte possit gubernari; & princeps Romanus non solum in hostilibus praeliis victor existat, sed etiam per legationes tramites calumniantium 3 iniquitates expellat; & fiat tam juris religiosissimus 4, quam victis hostibus triumphator [magnificus.]

§. 1. Quorum utramque viam cum summis vigiliis, summaque providentia, annuente Deo, perfecimus. † Et bellicos quidem fado-

res nostros Barbaricæ gentes, sub juga nostra redactæ, cognoscunt: & tam Africa, quam alie innumere provincie, post tanta temporum spatia, nostris victoriis à cælesti numine præstitis, iterum ditiori Romanæ, nostrisque additæ imperio, protestantur. † Omnes vero populi legibus tam à nobis promulgatis, quam compositis, reguntur.

§. 2. Et cum sacratissimas Constitutiones, antea consulas, in luculentam creximus consonantiam: tunc nostram extendimus curam ad immensa Veteris Prudentiæ volumina; & opus desperatum, quasi per medium profundum euntes, cælesti favore jam adimplevimus.

§. 3. Cumque hoc, Deo propitio, peractum est: Triboniano, viro magnifico, Magistro, & Exquestore sacri palatii nostri, [& Exconsule], nec non Theophilo, & Dorotheo, viris illustribus, Antecessoribus, (quorum omnium solertiam, & legum scientiam, & circa nostras institutiones fidem, jam ex multis rerum argumentis accepimus) convocatis, mandavimus specialiter, ut ipsi nostra auctoritate, nostrisque sanctionibus Institutiones componerent: ut licet vobis prima legum 5 cunabula non ab 6 antiquis fabulis discere, sed ab Imperiali splendore appetere; & tam aures, quam animi vestri, nihil inutile, nihilque perperam positum, sed quod in ipsis rerum obtinet argumentis, accipiant: & quod priore tempore vix post quadricentium [prioribus] contingebat, [ut tunc Constitutiones Imperatorias legerent]: hoc vos à primordiis ingrediamini, digni

(1. Adde Nov. 24. c. 1. (2. Vide l. 14. C. de advoc. divorc. judic. 1. (3. V. l. 19. ff. ad exhib. l. 5. C. de legib. (4. l. 67. in fin. ff. de legat. 2. TOM. I.

(4. Vide l. 2. §. 38. ff. de origine juris. l. un. C. de novo jure Quirit. tollendo. (5. Vide d. l. un. C. de novo jure Quirit. tollendo.